



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 45. Ecclesiæ Hispaniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

Ut vidimus, novem abhinc annis, ex-Sæcul. XIII.
eunte anno 1224. Honorius Papa Episco- A. C. 1234.
pum Guilielmum in easdem provincias
legaverat. Hoc autem anno 1234. is ^{Sup. Lib.} LXXIX.
Præful Episcopatum Mutinensem reapte ^{§. 5.}
abdicavit. Unius e spectatissimis Muti-
næ civibus, Gerardi scilicet Bosquetii fi- ^{Ital. Sac.}
lius Albertus, Ordinis Fratrum Prædica- to. 2. p. 156.
torum, magna sanctitatis fama clarus, in
Guilielmi locum concordibus suffragiis
consentiente Clero ac populo 3. Aprilis
substitutus, & Papa electionem ratam
habente die S. Barnabæ sacra 11. Junii
eodem anno 1234. communi urbis gau-
dio inauguratus, sedem Mutinensem an-
nis triginta tenuit.

§. XLV.

Ecclesia Hispaniæ.

R eligio etiam in Hispania progressum ^{Boll. 30.}
faciebat per arma victoria Ferdinandi ^{Maj. to. 18.}
di Castellæ Regis, qui in Andalusia mul- ^{p. 317. 319.}
ta Mauris loca ademerat, postquam Gre- ^{Ughel. to. 1.}
gorius IX. Pontifex Maximus Cardinalem ^{Sup. Lib.}
Joannem Abbavillium Episcopum Sabi- ^{LXXIX.}
nensem anno 1229. in Hispaniam mife- ^{§. 58.}
rat, qui sacræ militiae classicum ibi cane-
ret. Inter alia loca Ferdinandus occu-
pavit Quesadam, Biatiam, Anduxariam,
& Martum arcem, qua Equites Calatra-
venes donavit. Hoc autem anno 1234. ^{Roder. XI.}

O 3 Ubeda 6. 15.

Sæcul. XIII. Ubeda civitate , ac per Principem Al-

A. C. 1234.

phonsum fratrem suum prope Xeram & veteris Astæ Regiæ monumenta ingenti

VIII. ep. 137 victoria potitus, usque ad Cordubæ mœ-

ap. Rain.

¶. 50.

nia viam apertam habuit. Interim Gregorius Papa compertis tam prosperis bel-

li successibus Roderico Toletano Archi-

episcopo scripsit, ut ex authoritate San-

ctæ Sedis Episcopos , prout expedire vi-

derit, constitueret in urbibus, quæ id ho-

noris olim habuissent, ac tunc mereren-

tur. Dabat Reate 26. Junii an. 1234.

Post quatuor aut quinque annos Ferdinandus Scholam Palentiæ a suo Patre

Alfonso Legionis Rege erectam, ut suo

loco dixi, Salamanticam transfervit, in eo-

dem Legionensi Regno , sed amæniore

simul & commodiore loco sitam, quæ pro-

gressu temporis celeberrima Hispaniæ U-

niversitas evasit.

Sup. Lib.
LXXVI.
§. 28.

Mariana

XIII. hist.

c. 1.

Boll. to. 18.

p. 308.

§. XLVI.

Sanctiones Gregorii IX. Decretales dictæ.

Annus 1234. fuit, quo Gregorius Pon-
tifex Maximus Sanctionum seu De-
cretalium collectionem in publicum edi-
dit, quæ nomen ejus præ se fert, & ma-
ximam postea authoritatem habuit.
Quinque jam numerabantur decretalium,
quas Summi Pontifices dederant, episo-
larum